ultatione defluunt. unde a bonis
flentur, plerique reprobi dum pec
catorum suorum uinculis alligan
tur. ad iustitiae tramitem nequa
quam reuertuntur. freneticorum
uidelicet sensibus similes. qui in
saniam quam praeualent uirtutem
putant, quia ex morbo esse nes
ciunt hoc quod amplius sanis pos
sunt. et quasi creuisse uiribus esti
mant dum ad uitae terminum
per augmentum languoris adpro
pinquant, Non numquam repro
bi freneticis similes. qui a rationis
et sensum non habent, flentur non
rident. et tanto in magna exulta
tione se dilatant quanto et in
sensibiles malum quod patiuntur
ignorant, In ecclesiasten libro
scribtum est, Omnis qui peccat seruus
est peccati, serui namque iniquis
sunt cum peccato per praesentis uitae
dignitatibus efferuntur, princi
pes uero quasi serui ambulant
cum multos dignitate uirtutum
plenos nullus honor erigit
sed summa hic aduersitas uelut
indignos deorsum premit,

psalmista dicitur, Dormitaue
runt qui ascenderunt equos
id est in morte animae mentis
oculos a ueritatis luce clau
serunt qui in praesenti uitae
honore confusi sunt, VIII

DE MALORUM CONCORDIA

Dum peruersorum
nequitia in pace iungi
tur. profecto eorum in
malis actibus robor auge
tur quia quos sibi in malitia
congruunt. tanto se robus
tius bonorum afflictioni
bus inludunt. Ad beatum
iob diuina uoce pro leuia
than dicitur Membra car
nium eius coherentia sibi
squamae eius sicut scuta fusilia
una uni coniungitur, et ne
spiraculum quidem incedit
per eas. Sequaces quippe
satanae quo nulla inter se
discordiae aduersitate di
uisi sunt in bonorum grau
ius nece glomerantur, qui
iniquos pace sociant. ipsi
qui tanti uires administrant

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0330